

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Septimum oraculum sacrum

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

IN DIE S. JOHANNIS EVANGELISTÆ
& APOSTOLL.

Noch stärkhest du dich selbst in alles
Herze-Leyd/
Bey mir/ Allein bey mir/ steht deis-
ne Seeligkeit.

IN DIE S. JOHANNIS EVANGELI-
STÆ & APOSTOLI.

Ex Joh. XXI, 15, 16 & 17.

Ter Christo immotum Petrus promittit amorem,
Et merito; siquidem ter quoq. laesus amor.

SEPTIMUM ORACULUM
SACRUM.

EXEPTUS GRÆCUS SACER.

Εἰ τις ὁ Φιλεῖ τὸν κύριον ἰησοῦν χριστόν,
ἔστω ἀνάθεμα μαρὸν ἀθεῖ.

Versio Vulgata.

Si quis non amat Dominum nostrum
Jesum Christum, sit anathema Maranatha.

Versio B. LUTHERI:

So jemand den Herren Jesum
Christ nicht lieb hat/ der sey Anathema
Maharam Motha.

NOTÆ.



IN DIE S. JOHANNIS

N O T Æ.

1. Christus h. l. vocatur Dominus Noster. *κύριος*, quo nomine LXX. Interpretes in N. T. proprium Dei nomen exprimere solent. Hinc Johannes Bugenhagenius Pomeranus, B. Lutheri collega, in commentario suo super Prophetam Jeremiam f. 112. ita scribit: *Paulus Christum perpetuo dicit Dominum nostrum, non dubito quin Jehova significat, quia alicubi vocat eum DOMINUM glorie* 1. Cor. II, 8. Si cognovissent nunquam Dominum glorie crucifixissent, non dubium quin ex Psalmo: quis est iste Rex glorie? est JOHOVA fortis & potens, JEHOVA fortis in praelio, JEHOVA Zebaoth ipse est Rex GLORIE. Et nos in nostra fidei Confessione dicimus: Credo & in Jesum Christum filium DEI unicum DOMINUM nostrum. Præter Christum non novimus alium *Jehova*, in quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. E. Christus est verus *Jehova* & æternus DEUS, contra Arianos & Photinianos.

2. Anathema ab antiquo verbo *ἴνα* descendit, pro quo in usu est *ἴνα* hinc fit *ἴνα*. Compositum *ἀνά ἴνα*, *ἀνά ἴνα*. Passivum *ἀνά ἴνα* hinc *ἀνά ἴνα* & *ἀνά ἴνα*, quæ vocabula pro diversitate descriptionis olim etiam diversam, imò contrariam significationem obtinuerunt. Anathema quando per *ἴνα* scribitur

voca-

vocatum fuit, quicquid Diis dicatum à publico privatoq; usu profano eximebatur, sacroq; reponebatur, tanquam donaria & ornamenta, quæ alias ἀθροίσματα, ἀναθήματα & νοσηρία &c. sunt dicta. Anathema vero, quando per E scribitur, notat piaculum seu rem DEO invisam, usurpatumq; fuit tam de re, uti & de persona polluta, quales olim Christiani habiti i. Cor. IV. 13. quam de hostia piaculari, quæ aliorum scelera expiare credebatur morte sua, quam si in terra subibat ἀδραγία, si in mare projiciebatur περιψευα adpellabatur. Postea hoc discrimen à lacris scriptoribus & Theologis Græcis non fuit observatum. Vide Justinum Respons. iii. ad Orthodoxos p. 360. Suidam in voce ἀναθήματα, & cum primis Budæum in Comment. Lingvæ Græcæ, ubi de hoc vocabulo multa lectu dignissima, auditiu jucundissima, & scitu maxime necessaria, invenies.

3. Voces μαργαρίτης exoticæ sunt, & quidem prior, vel pro una dictione habetur, quod Syra & Arabica interpretationes faciunt, quibus מַרְגָּרִית DOMINUS est; vel pro gemina, adeoq; composita ex nomine ejusdem significationis מַרְגָּרִית & ex affixo Nun, pronominis plurali indice, quod nostrum denotat. Vocabulum מַרְגָּרִית proprie Chaldaicum est, unde & ejus lingvæ formam imitatur, ut vult Buxtorfius in Lexico, & idem est quod venit, advenit, accessit.

F

Son-

Sensus igitur ex h. l. emergit talis: Dominus noster venit, nempe cum mille millibus Angelorum, ad vindictam sui nominis, ut explicatur a Juda in Epist. v. 14. & 15. Ebraei enim quempiam condemnantes solebant id facere cum comminatione divini iudicii, ut patet Ps. IX. 20. Dan. XIII. vel in Historia Susannæ v. 54. & 59. Talmudici Anathema vocant אַנְתֵּמָה quod ex duobus vocabulis propter frequentem ejus usum videtur coaluisse, nempe ex אָמַר sicut vocant אֲמַר אֲמַר אֲמַר Jehovah & imperativo אָמַר ab אָמַר venit. Et hæc videtur genuina horum vocabulorum enucleatio, quæ tamen B. Lutheri sententiam non excludit, sed includit:

4. Respicit autem Apostolus his verbis non ad PRIMUM Christi adventum, ut juxta Hieronymi verba, insinuet, quod superfluum sit odiis pertinacibus adversus eum velle contendere, quem venisse jam constet; sed ad SECUNDUM, ut subinnuat DOMINUM ultorem fore ejus, à quo non diligatur, contra Chrysostomum & Theophylactum, hunc locum de primo Christi adventu explicantes.

5. Heic D. Apostolus in genere anathematizat omnes, qui non amant Dominum JESUM Christum. Et in Epist. ad Gal. cap. I. 8. idem Apostolus dicit: Sed licet nos, aut Angelus de cælo evangelizet vobis, præterquam quod

quod evangelizavimus vobis, anathema sit. Ita Bb. Patres & concilia Arium, Manichæum, Nestorium, & alios multos hæreticos anathematizarunt. Ita Patres Concilio Constanti- nopolitano colophonem his verbis imposue- runt: *qui hæreticos Arium, Nestorium, Eutyche- ren non condemnaverit, ipse anathema esto.* Ita B. Lutherus Tom. 4. Latini Jenens. f. 159. *pro excommunicatis & damnalis habet, qui articu- lum de Sacramento corporis & sanguinis Domini incertum esse dicunt, aut Christi verbis in cœna- vim faciunt.* E. hæretici vivi anathematis ful- mine sunt percutiendi, contra Chrysostrum, qui in Homilia quadam de Anathemate, quæ est pe- nultima inter LXXVII. peculiari volumine, comprehensa inter opera Chrysostrum postre- mæ edit. Parisiensis Ao. 1609. (si modo ea est istius auctoris, de quo Fronto Ducæus in Notis dubitationem injicit, qui in nullis Regiis codi- cibus sermonem hunc se reperire potuisse scribit) decem argumentis probare conatur, *ner- minem sive vivum sive mortuum anathemate esse plectendum.*

Chrysostrum adurgunt quidam ex Cal- viniâns, existimantes, autores Form. Concordiæ inique & impiè fecisse, quod in Lib. Concordiæ ana- themata falsis doctoribus dixerint, his verbis: Damnamus Svenckfeldianorum, Calviniano- rum, Papistarum errorem hunc vel illum.

6. Voce anathematis in hac quæstione,

F. non

IN DIE S. JOHANNIS

non intelligimus rem personamve pollutam, multo minus piacularem hostiam; sed actionem disciplinæ Ecclesiasticæ, vulgò Excommunicationem dictam, sive simplicem & communem, cum spe reconciliationis, sive κατ' ἐξοχήν & singularem, de qua h. l. Apostolus agit. Nec anathematizamus mortuos, sed eos divino relinquimus judicio. Nec integras damnamus Ecclesias, sed contumaces & præfractos hæreticos, qui ἐκρίτως & ἀεργαγετητως falsa dogmata spargunt & propugnant, contra eosdem.

7. Hac anathematizatio charitati Christianæ minimè repugnat, sed est opus charitatis præcipuum, juxta illud Jacobi c. V. 19. & 20. Fratres mei, si quis ex vobis erraverit à veritate, & convertit quis eum, scire debet, quoniam, qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam (ejus) à morte, contra Chrysostomum, Sturmium, & alios, hosce anathematismos charitati Christianæ adversos esse contendentes.

SENTENTIÆ PATRUM.

Quod Christus sit diligendus.

Domine amo te: percussisti cor meum verbo tuo, & amavi te; sed & cœlum & terra, & omnia, quæ in eis sunt, ecce mihi undiq; dicunt, ut te amem. nec cessant dicere omnibus, ut sint inexcusabiles. Augustinus in Dulciloquio lib. 3.

CAP. 15.

Chri

Christum non diligere, non infirmitas,
sed mors est. Item cap. 38. qvæst. 71. Tom. 4.

Quoniam cum aliis Apostolatus nomine
Petrus ab ipso Christo de coratus, ter in tempore
passionis negavit, jure nunc ab eo terna dilectio-
nis confessio petitur, ut terna negatio æquali
confessionis numero compensetur, *Cyrellus*
lib. 12. c. 64. in Job. T. 1. col. 626. D.

Althier hat Petrus treu dreymahl dem
Herz versprochen/
Und zwar gar recht/denn er zuvor dreymahl
gebrochen
Den starcken Liebes-Bund; wer dich
nicht liebt noch ehrt/
Herz Jesu! dormalheins dein stren-
ges urtheil hört.

Ex v. 18 & 19.

*In manibus Domini fors & mors nostra reposta est,
Nam Christus Petri fata necemq; videt.*

OCTAVUM ORACULUM
SACRUM.

Psalm. XXXI. 15, 16.

TEXTUS EBRÆUS SACER.

וְאֵנִי עָלֶיךָ כַּשְׁחָתִי יְהוָה אֱמַרְתִּי
אֱלֹהֵי אֲתָהּ: כִּדְרָךְ עֲתוּרִי:
F3 Vor-